



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Preceptoriu[m] Domini Gotscalci Hollen de ordine Heremitarum sancti Augustini

Hollen, Godescalcus

Nurmberge, 1521

VD16 H 4471

Non assumes nomen dei inuanum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30748

Preceptum Secundum

Etempoterit suadebit. Et fid⁹ dabit. Tu q⁹ es fidelis vasallus dno. s. dabis auxilium. de persona tua. corde et opere.

Non assumes nomen dei inuani.

Decimi qui peccant contra illud preceptum sunt qui adiurant deum: sicut princeps sacerdotum dixit ad christum. Adiuro te per deum uiuum: ut dicas mihi si tu es filius dei uiui. utz. Math. xxvj. Super quo Iugenes dicit. Non est licitum aliquem adiurare. Dubitat ergo utrum adiurare aliquem per nomen dei sit licitum: Respondet Aug. de archona super Math. q. hoc potest contingere tripliciter. Primo per modum deprecationis et obsecrationis: et sic minores possunt adiurare maiores. Istomodo Baab meretrix adiurauit exploratores: qui missi erant a filiis israel: qui capta ciuitate per eos ipsa et domus patris eius seruaresset a morte. ut patz Iosue. ij. Secundo modo potest fieri per modum dilectionis et deuotionis: et sic equales possunt adiurare equales amici amicos. Item quomodo Baguel adiurauit Thobiam: ut per duas hebdomadas moraretur apud eum. utz Tho. viij. Tertio modo potest fieri per modum violentie et coactionis. et sic superiores possunt adiurare inferiores: sicut iudex cogit adiurare subditum suum: et adiurat ipsum ad dicendam veritatem quam querit. Et si homo sic adiuraret non suum subditum: peccaret uolendo ei uolentiam inferre: sicut princeps sacerdotum. Secundo dubitat: utrum liceat demones adiurare: Respondet ibidem ubi supra. dicens: quod tribus modis contingit adiurationem fieri. Primo per modum obsecrationis et deprecationis. Secundo per modum deuotionis et dilectionis Tertio per modum violentie et coactionis. Primis duobus modis non potest quis adiurare demones sine peccato: quia demonibus nullam reuerentiam exhibere nec eos in aliquo despicari. Si non debemus ad eos obseruare aliquam deuotionem: quia ut inimicus reipublice grauissime esset puniendus: qui beniuolentiam et familiaritatem ipsis inimicis reipublice ostenderet. Quia igitur toti generi humano inimicentur et omnes homines conantur a ueritatis auertere per modum deuotionis uel dilectionis non licet eos adiurare. Sed quia licet militibus imperatoris contra inimicos reipublice signis et vexillis uti ad fugandum eos ne

eis noceant. Non licitum est christianis per stultitiam nois christi et per vexillum et signum sancte crucis ipsos demones adiurare ne nobis noceant corporaliter nec spiritualiter. Non die ac nocte debemus eos sic adiurare dicendo. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster.

Non assumes nomen dei inuani.

Adecimi qui peccant contra hoc preceptum sunt maledicti: qui mala proximo optant cum uerbis. Contra quos Math. v. Beati eritis cum maledixerint uobis homines: et dixerint omne malum aduersus uos mentientes. Sequitur. Laudete et exultate quia non merces uestra copiosa est in celis. i. Petri iij. Non reddentes malum pro malo: neque maledictum per maledictum: sed e contrario: benedicientes. Non dicit apostolus. Maledicimur et benedicimus. Queritur utrum per benedictionem aut imprecationem alicuius sonatiua sunt alii cuius pene uel mali in homine causatiua. Unde dicitur quod non: quia septimo audiuimus uerba maledictionis ab hominibus: propterea ex quibus nullus effectus sequitur. Ergo. Ideo dicitur per. Maledicet ille et tu benedices et cetera. In contrarium patz. iij. Reg. ij. de helizeo qui maledixit pueris. Et egressi sunt duo uiri de silua et lacerauerunt xlij. pueros. Idem patz Gen. ix. de canaan. Pro declaratione ulteriori ponamus hic tria documenta. Primum est. Nullus inferior imo omnis superior: sicut potest inferiori benedicere: sic potest e contrario eidem inferiori cuius effectu realiter maledicere. Probat per illud quod dicitur ad HebrEOS. vij. ubi dicitur. Si ne uilla contraditio quod minus est a maiori benedicit. Ergo sequitur etiam quod ei potest maledicere realiter cum effectu. Ideo dicitur canon dist. xxj. ca. Denique si in epistola ad HebrEOS legitur quod minor a maiori benedicitur: restat profecto quod exigente ratione etiam maledicat. Ubi dicitur glosa quod contrarium eadem est ratio. Sequitur ergo quod non sunt tamen de maledictionibus inferiorum a platis: quia tales non possunt sortiri effectum. Sicut quando nos maledicimus pape cardinalibus suis episcopis et sacerdotibus nostris: quia tales non possunt sortiri effectum: quia tales sunt nostri superiores. Ergo non potest nobis quando dicitur. Maledictus sit ille episcopus Coloniensis. uel talis sacerdos et cetera. Correlatum primum. Sicut diuina benedictio est ab omni creatura optan